



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XIX. De supplendis defectibus in Sacramento commißis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

126 *Institutionum Pastoralium*  
alià formulà confessionis testimonium  
concedas, ne iis quidem, quos absolu-  
ueris,

NVM: XIX.

*De supplendis defectibus in ipso Sacra-  
mento commissis.*

**S**i per errorem, vel obliuionem  
dimiseris poenitentem, alioqui rite  
dispositum, non datâ absolution  
legitimâ à grauibus, neque ita procul  
à te absit, quin moraliter censeri pos-  
sit adhuc præsens, & rite disposita  
absolue etiam nescientem; si mi-  
nus, si potes absque graui incom-  
modo, aut scandalo, roga prudente-  
seruato sigillo, ut tibi iterum confite-  
ri velit; esse bonam causam, cur il-  
loges: & tunc à prioribus, & iis, qui  
de nouo confessus est, absolues. Si  
neque hoc possis sine graui incom-  
modo, vel offensione, silebis, & D. S. O.  
committes; præsertim si ab eo tempo-  
re receperit aliquod Sacramentum,

gel

vel credatur breui recepturus ; eo  
enim prior defectus supplebitur.  
Quod si tamen mors immineret, neq;  
vllum Sacramentum recipere posset  
tuus ille pœnitens , omnino monen-  
dus esset, vt confiteri velit, aperto,  
si opus sit, tuo defectu ; ne cum vitâ  
de salute periclitetur. Similiter si  
defectus fuerit ex parte pœnitentis ,  
vel quia sine causâ peccatum mortale  
retinuit, vel quia sine dolore sufficien-  
ti confessus est, eodem remedio, vt  
iam docui, utaris, si defectum postea  
cognôris ; seruatâ tamen sigilli reli-  
gione.

Alii defectus subinde non reddunt  
Sacramentum inualidum, sed tantum  
illicitum, si scienter admittantur: vt  
si absoluenter à casu reseruato inter-  
alia, quæ absoluere poteras, aut ab  
excommunicatione, à quâ non pote-  
ras, bonâ tamen fide pœnitentis: si  
omiseris imponere pœnitentiam debi-  
tam; non erit tantæ molis, aut one-

128 *Institutionum Pastoralium*  
ris eos emendare, cùm absolutio va-  
luerit: si tamen corrigere commode  
defectum possis, corriges: attenderes  
tamen semper, vt sigillum serues.

NVM: XX.

*De Sigillo.*

C Aue, ne directè, vel indirectè  
vullo modo, vel vnquam, vlloue  
casu, ne mortis quidem vitandæ cau-  
sâ, aut prætextu cuiusuis boni, etiam  
publici, sacrosanctum Sigillum con-  
fessionis frangas, aut occasionem  
præbeas, ne alii frangant; ideoque  
arcebis eos, qui propriùs accedunt  
confidenti: cauebis præterea, ne voce  
altiore, aut gestu, vel alio signo assi-  
stantes intelligent aliquid pertinens  
ad sigillum. Frangitur autem sigil-  
lum, vel reuelando peccatum morta-  
le, etiam in genere, vel veniale quod-  
piam in specie, vel quodcunque, quod  
pœnitens confessus est, tanquam per-  
tinens ad suum peccatum in confel-  
sione

